Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXXVI

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

tibi omnia reuelauit qui ei dominus myste-
rium sue uoluntatis dicens vade ad fratres
meos et dic eis ascendo ad patrem me-
um Item tres mulieres quibus occur-
rit consolatus est dicens Auete Et deni-
de subiungens nolite timere eisque my-
sterium suum reuelauit dicens Ite nunciate
fratribus meis ut eant in galileam ibi
me videbunt Item duobus discipulis
euntibus in via apparuit in specie pe-
grini quibus aperuit sensum scripture
et eorum corda fecit ardentia et demum in
fractione panis eos plene consolabatur
sua notitia Item cum appareret discipu-
lis congregatis in vnum in propria spe-
cie consolabatur eos dicens pax vobis quid
turbati estis ego sum nolite timere vi-
dete manus meas et pedes meos et a-
peruit illis sensum ut intelligerent scrip-
turas Et sic similiter deus in qualibet alia
sua reuelatione consolatus est uidentes
se cum aliqua reuelatione unde non
dubium est quin similiter et hic istos suos di-
lectos consolatus sit Dominus igitur
ihesus inde discessit quia non dum istos
patres post resurrectionem suam visitauerat
quos in paradiso deliciarum dimiserat
Redijt ergo ad eos procedens in stola
candida cum multitudine angelorum
quem ipsi in tanta gloria a longe con-
spicientes cum inedicibili gaudio exul-
tatione et iubilo canticis et laudibus
eum susceperunt et procidentes in terram
adorauerunt Deinde surgentes et stan-
tes coram eo reuerenter et iocunde com-
pleuerunt laudes suas feruenter et omni qua
poterant deuotione O qualis cantus
et quanta gaudia ibi erant ubi tanta
contio sanctorum simul psallebant O quam
bonum et quam iocundum talibus interesse
uel saltem aliquid de hiis percipere Ap-
propinqua ergo et tu si permitteris
et admiscere laudibus istis uel saltem
ausculta a longe et iocundare in eis

Domine ihesu xpe da ut sicut
petrus obediens et iacobus
uitia supplantando ac ioseph de uirtu-
te in uirtutem per augmentum proficis-
cendo et in hoc per longanimitatem
perseuerando ut tu qui illis tangus-
tijs dignatus es apparere dignis et me
sepe per tuam gratiam spiritualiter visitare
Da etiam michi ut sicut sancti patres
gaudium de tua presentia habuerunt cum
te post resurrectionem tuam glorificatum vi-
dere meruerunt ita et ego in illo ineffa-
bili gaudio quo nunc tecum gaudent
in celis mereare de conspectu tuo semper
gaudere cum eis Amen

Quomodo dominus apparuit duobus discipulis in via

Ipsa autem die resurrectionis dominice duo
ex lxxii discipulis eius de
iherusalem egressi ibant versus ca-
stellum emaus quod dista-
bat ab iherusalem stadiis lx idest septem mili-
bus passuum et quingentis Octo quippe
stadia faciunt miliare vnum et sic dista-
bat ab iherusalem per vii miliaria et dimi-
dium quorum duo uel secundum quosdam tria
faciunt vnam leucam Unius istorum duorum
nomen exprimit lucas cui inquiens
nomen cleophas alterius uero nomen
tacet causa humilitatis quia secundum
gregorium creditur fuisse ipse lucas sed secundum
ambrosium putatur fuisse amaon filius
rufi Et cum ipsi quasi desperati de ihesu
ad inuicem de hiis que acciderant sci-
licet de eius conuersatione et morte tristes
conferrent maxime dolentes quia eum
sine culpa et innocenter occisum noue-
rant venit dominus ihesus et iunxit se illis
scilicet corporaliter et spiritualiter et ibat

tum eis tamq̃ socius itineris ĩ trottas
et respondens ac uerba salubria cum
ipis conferens ut secundum bedam fide
sue r̃ones mentibus eorum incenderet et
quod se facturũ promiserat impleret
scilicet ubi sunt duo uel tres in noĩe meo co-
gregati ibi sum in medio eorum In ipo aũt
loco in quo se eis iunxit postea cappella
facta fuit Et quia intus in corde dnm
amabant sed de eius r̃one dubitabant id
dominus eis foris in corpore appare-
bat sed quis esset non agnoscebant Hoc
apud eos agebatur foris in oculis cor-
poris quod agebatur intus ĩ oculis
cordis Quia enim amabant uidebant
quia uero dubitabant eũ quẽ uidebant
non agnoscebant Et hoc est quod dicit
Oculi aũt eorum tenebantur ne eũ agno-
scerent quia incredulitas eorum et dubi-
etas merebatur q̃ ppe cognitionẽ sui cor-
poris ab eis retardaret Tenebantur
oculi eorum ueritate non falsitate sed
ipis non ualentibus ueritatem ẽtpere
uel percipere Unde non ab ipo domino
ihu sed ppria dubitatione tenebant ubi au-
gustinus Quod aũt ait marcus eis in
alia effigie dnm apparuisse hoc lucas
dicit q̃ oculi eorum tenebantur ne cogñ-
cerẽt eum Oculis quippe eorum acciderat
aliq̃ quod ita manere pmissum est us-
q; ad fractionem panis Non quia dns
non poterat transformare carne suam
ut alia ũera esset effigies quam solebat
intueri sed non ita factũ est hec aug. Et
ait ad illos qui sunt hii sermones quos
confertis ad inuicem ambulantes et
estis tristes Non querit ex ignorantia
sed ut ex eorum r̃sponsione incredulitas
eorum conuementius arguatur ut dicit
grecus oferebant quidem inter se q̃i
non amplius expectantes xpm uiue-

tem et dolorosi q̃i perempto saluatore
Et respondens cleophas dixit ei Tu so-
lus peregrinus es in ihrlm et non cog-
nouisti que facta sunt in illa hiis dieb⁹
Hic solus non facit exclusionem alio-
peregrinorũ cum ualde multi pegrini et
de diuersis partibus uenissent in ihrlm
ad diem festum pasche sed notat exclusioẽ
cognitionis ab isto sic apparente sc̃ no-
ticie mortis ihu quam solus uidebatur
ignorare ut sit sensus Cum multi pe-
grini hiis diebus uenerunt in ihrlm mi-
rũ est q̃ tu solus inter alios pegrinos
ignores ea que sunt nota aliis oĩbus
ubi theophil⁹ Ni⁹ dicit Tu solus tam q̃i
peregrinus es et extra confinia ihrlm
habitas et expers eorum que ĩ medio
contigerunt ut hec ignores ubi et be-
da Peregrinũ putabant eum cuius
uultum non agnoscebant Qui reuera
peregrinus erat eis a quorum nature fra-
gilitate percepta iam r̃onis gloria lon-
ge distabat et a quorum fide utpote r̃onis
eius nescia manebat extraneus Et cum
non ex ignorancia sed ut ex r̃sponsione eos
argueret de factis in ihrlm que nã erãt
eos interrogaret dixerunt de ihu na-
zareno qui fuit uir ppheta potens in
opere sc̃ miraculorum et sermone sc̃
predicationis et doctrine et quomodo esset
traditus in mortem et crucifixus ubi be-
da pphetam fatentur filium dei tacent
uel non dum perfecte credentes uel sol-
liciti ne inciderent in manus iudeorum
persequtũ quia nesciebant quis es-
set quod uerum credebant celantes Et
subiungunt q̃ sperabant ipm redemp-
turum israhel q̃i iam euanesceret spes
eorum cuius causam subdunt Quia iam
tercia dies ab illis factis erat quia se re-
surgere predixerat et tamen ad huc

discipulis non appareret licet tercia
dies ipse finem esset Et addunt q quidā
ex eis abeuntes ad monumentum ter-
ruerunt eos non de resurrectione xpi quia nūa
bant sed de ablatione corporis eius nō
inventi quam discipuli timebant Et ipse
dixit ad eos ex responsione eorum ar-
guens ipsos O stulti propter cecitatem in-
tellectus et tardi corde propter tarditate
affectus ad credendum in hiis que locu-
ti sunt prophete de xpi morte et resurrectione Nonne
hoc oportuit pati xpm tum enim propter pa-
tris preordinationem tum propter xpi ex-
altationem tum propter humani generis
redemptionem tum propter scripturarum
impletionem et ita sic per passionem
et mortem intrare in gloriam suam ad
quam nemo perveniet nisi per passionis
viam Et interpretabatur et exponebat
illis in omnibus scripturis que de ipso
erant inducendo testimonia aliqua
et aperiendo misteria quantum ad pro-
positum ostendendum sufficiebat oste-
dens eis omnia circa ipsum facta ante
fuisse predicta Firmitas enim fidei in eo
est quia omnia que in xpo venerunt
predicta sunt ¶ Considera hic multip-
licem domini benignitatem et boni-
tatem Primo quia non potuit eius
fervens amor sustinere suos sic tristari
et errare Vere fidus est amicus fidelis
comes et benignus dominus Iungit
se ipsis querit tristicie causam et exponit
eis scripturas inflammans corda eorum
Hic cotidie facit spiritualiter nobiscum
Si enim aliqua perplexitate vel ac-
cidia gravati pie de ipso loquimur stati
adest confortans corda nostra et illumi-
nans et in amorem sui inflammans
Optimum enim remedium est contra
tales perplexitates loqui de deo simul
et cogitare de ipso propter quod istorum

Discipulorum exemplo cum per viam
incedimus de salutiferis loqui debemus
ut xpm nobiscum presentem habeamus
et non solum presentem sed etiam nos do-
centem sicut istis discipulis cum quibus
ibat scripturas aperiebat Et universali-
ter ubique bonum est loqui de ihesu bonum est
eum semper in mente habere quia nec
ipse obliviscatur eorum qui memores
sunt eius sicut et hic videmus Promisit
enim q ubi duo vel tres congregati sunt
in nomine eius ipse est in medio eorum
Specialiter autem de sua passione loquentes
comitatur dominus quia amplius pla-
cet ei recordatio eorum que ipse pro nobis
est passus Unde ad hoc specialiter monet
dicens Recordare paupertatis mee scilicet
contra divitias et transgressionis id est vi-
litatis scilicet contra honores absinthii et
fellis scilicet contra delicias ¶ Secundo con-
sidera bonitatem eius non solum ex a-
more ut dictum est iam supra sed etiam ex
humilitate profunda Conspice quomodo
humiliter vadit dominus omnium cum is-
tis discipulis quorum unus ex eis nomine tibi
videtur redisse ad primordia humilitatis
Sed et in alio attende humilitatem eius
quia non est dedignatus hos discipulos
inferioris gradus non enim erant isti
de apostolis sed de aliis minoribus discipulis
et tamen familiariter iungit se ipsis va-
dit et loquitur cum eis Non sic faciunt elati
qui nolunt nisi cum magnis viris am-
bulare et conversari Item in alio relucet
hic sua humilitas Nam si consideres elatos
videbis q nolunt verba ampullosa spar-
gere inter paucos quia ea perdita exis-
timarent nec illos dignos ea suscipere re-
putarent Sed dominus etiam cum duobus
loquitur arcana sua non vilipendit
paucos nec etiam unum sicut fecit loquendo
cum samaritana iuxta puteum ¶ Ter-

conſidera domini benignitatem et vide
quomodo diſcipulos ſuos inſtruit ac ſer-
monibus conſolatur et reficit inducens
eos ad credendum et dicens O ſtulti et tar-
di corde ad credendum et cetera Nunc dicet
nobis O ſtulti et tardi ad credendum O
ſtulti et tardi ad inquirendum precepta et
voluntatem dei O ſtulti et tardi ad imple-
dum intellecta et faciendum ea Humiliemus
ergo nos ut ſacram ſcripturam inquira-
mus et intelligamus et ſecundum eam
vivamus Humiliemus etiam nos ad tol-
lerantiam paſſionum ut participes paſ-
ſionis xpi effecti ſimus ſocii eius et glo-
rie ipſius Qui enim non compatitur non
intrabit in gloriam illam quam etiam
precedit mandatorum inquiſitio et impletio
Unde beda Hoc nobis in loco non ullam ſcri-
pturam interpretandi ſed gemina nos ipſos hu-
miliandi neceſſitas incumbit qui neque
in ſcripturis quantum oportet eruditi neque ad
implenda que novimus quantum decet ſu-
mus intenti Nam ſi moyſes et omnes
prophete xpm locuti ſunt et hunc per anguſtia
paſſionis in gloriam ſuam intraturum
predixerunt qua ratione gloriantur ſe
eſſe xpianos qui ultra vitia ſuarum
modolum neque ſcripturas qualiter ad
xpm pertineant inveſtigare neque ad
gloriam quam cum xpo habere cupiunt
per paſſiones tribulationum deſiderant at-
tingere hec beda. xpc enim per paſſionem
et mortem tamquam per portam anguſtam
intravit in gloriam ſuam oſtendens
nos per multas tribulationes intrare
in regnum dei Delirant ergo et fatui
ſunt qui ſine pati et tribulationibus p-
ſumunt intrare in gloriam alienam cum
xpc ſine hiis non intravit in gloriam
ſuam Si oportebat multa pati illum
cuius naturaliter eſt regnum multo

magis nos quorum non eſt regnum niſi de
gratia oportet per multas tribulationes
intrare in regnum celorum Exemplum ha-
bemus de omnibus caris et electis xpi
qui omnes per viam paſſionis voluntarie
venerunt ad regnum dei Mirum quippe eſſet
ſi quis intrare nollet per portam per quam
rex ſuus intraſſet Unde ber. Caput nostrum
per paſſiones et anguſtias celum intrare
videmus et nos membra eius nobis aliud
itinera ſomniamus Monſtruoſa res eſſet
ſi per unum foramen tranſire caput videtur
per aliud corpus prodeat ſub ſpinato ca-
pite membra fieri delicata hec ber. Here-
ditas quippe tranſit ad heredes cum ſuo
honore et onere deus autem hereditati beati-
tudinis eterne adiunxit onus i. tolleran-
tiam paſſionis et cum iſto onere habuit
eam xpc quia ut hic dicitur oportuit pati
xpm et ſic intrare in regnum dei Habue-
runt eam apli quia perſecutionem pro xpo
ut ipſe eis predixerat ſuſtinuerunt Ha-
bent eam omnes fideles quia ut dicit a-
poſtolus Omnes qui volunt vivere in xpo
ihu perſecutionem patientur Qui ergo
aſſequi volunt eternam beatitudinem et
nullam pati tribulationem videtur quod velit
eſſe et xpo dignior et aplis ſanctior et cun-
tis fidelibus melior Et cum appropinquaret
caſtello quo ibant tunc ipſe dominus finxit
ſe longius ire ut ſic eorum augeret deſideri-
um ut invitaretur ab eis et teneretur Unde
ber. Simulabat ſe longius ire non quia
volebat ſed volebat audire mane nobiſcum
quoniam adveſperaſcit hec ber. In hoc tamen
nulla falſitas fuit quia ſicut aliquid
poteſt fingi verbis ita et factis. ſemper autem
fit ſine falſitate ut patet in parabolis teſ-
tamenti novi et veteris quibus aliquid
fingitur verbis ad veritatem aliquam co-
venientius deſignandam et eodem mo

hic xp̄c finxit se longius ire ad desigñ-
dum distantiam a cordibus eorum propter
fidei defectum Unde aug. Quod non ad me-
dacium pertinet non enim omne quod
fingimus mendaciũ est sed qñ id fingimus
quod nichil significat Cum aut fictio no-
stra fertur ad aliquam significationem nõ
est mendacium sed aliqua figura verita-
tis Dicit autem dicta ita etiam fingũt
facta sine mendacio ad aliquam rem signi-
ficandum hec aug. Ipsi aut desideran-
tes ad huc audire ipm coegerũt ipm
factis scilicet manibus trahendo ut maneret
ac verbis et racionibus alliciendo ob-
nixe rogauerunt dicentes Mane no-
biscum qm̄ aduesperascit et inclinata
est iam dies scilicet ad occasum Quo exemplo
secundum grego. colligitur qd peregrini nõ
solum ad hospitium inuitandi sunt
sed etiam trahendi Quilibet morti ap-
propinquans et ad vesperum seu oc-
casum vite tendens congruenter etiam
possit hoc verbum dicere et dñm ad ma-
nendum secũ corde et ore inuitare Et i-
dem intrauit cum illis et recumbens
cum eis accepit panem et benedixit et
fregit et porrigebat illis Conspice
bene qñ ad eorum inuitacioẽ et coactionẽ
benigne cũ eis intrat mensam ponit ci-
bos offerunt panes accipit et bñdicens
eos manibus suis sacratissimis frangit
et porrigit illis faciens in hoc sicut an
passioẽ qñ ad huc inter eos conuersabatur
facere consueuerat Unde per hoc signũ
eis reuelat quia tunc aperti sunt oculi
eorum scilicet interiores Et cognouerunt
eum in modo fractionis panis assueta
eius consuetudinem videntes sic enim
frangebat panem sola manu ac si scin-
deretur cum cultello Cognouerunt eum
ex modo frangendi et etiam bñdicendi pa-

nem legitur enim panem sic fregisse
et benedixisse pluries primo in v panum
multiplicatione secundo in vii panum
distributione tercio in sui corporis con-
secratione quarto hic in discipulorum
illuminatione In hiis aut quatuor frac-
cionibus significatur quadruplex exposicio
sacre scripture secundum quatuor eius sensus
scilicet hystoricum tropologicum allegoricũ
et anagogicum Ubi aug. Non incongruẽter
accipimus hoc impedimentum in oculis e-
orum et sathana fuisse ne agnosceretur
ihesus Sed tamen a xp̄o facta est permissio
usque ad sacramentum panis ut unitate
corporis eius participata remoueri in-
telligatur impedimentum inimici ut xp̄c
possit agnosci hec ibi et theophilus Sed et aliud
innuit qd scilicet sumentibus sacrũ panem
aperiuntur oculi ut eum agnoscant mag-
nam enim et ineffabilem vim habet do-
minica caro hec theophilus Ista circa dis-
cipulos gesta cotidie facit dominus nobiscũ
et invisibiliter et in animis Nam teneri vult
et etiam inuitari per desideria et oraciões
ac sanctas meditaciones et ideo oportet
orare et non deficere Ista etiam facit ad no-
stram erudicionem ut scilicet intendamus in opera
caritatis pietatis et hospitalitatis et quoniam
non sufficit diuina eloquia legere vel audi-
re nisi compleantur opere quia dominus nõ est
cognitus dum loqueretur et dignatus ẽ
cognosci dum pascitur Deus et inscitores
dominus fidei istos subuenit quos miseri-
cordes reperit eis qui minimam impendit Hinc
ergo cognoscere possumus qd fides sine o-
peribus mortua est quia dñm quem discipuli
nec ex visione ex scripturarũ interpretacione
et exposicione cognouerant modo ut ope
quod scripture preceperunt perfecerunt eũ
in fraccione panis cognouerunt audiendo
scripturas et precepta dei illuminati non

ſunt faciendo ſcilicet ipm̄ trahendo ad hoſpi-
cium et apponendo cibum. illumati ſūt quia
non auditores legis ſed factores iuſtificabūtur
apud deum ſed in operibus ergo pietatis et mīe
ut in hoſpitalitate et huiuſmodi amplius
cognoſcitur deus quam in lectione diſputacione
et ſcripturarum expoſicione veritas enim meli9
operando quam audiendo intelligitur et melius
ipſo opere quam verbo manifeſtatur Nos ergo qui
in hoc mundo peregrini ſum9 quia non hic
manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus
ſi ſpualiter in nobis habem9 que in ſe habe-
bant iſti peregrini erit dominus comes i-
tineris nri Peregrini iſti laborabant quia
ambulabant triſtabantur et de xpo confa-
bulabantur Et xpc ſe eis iungit cor urit ſcrip-
turas apit longius ſe ire fingit Si tales
eſſem9 ſcilicet laborando contra accidiam triſta-
do contra vanam leticiam de xpo confabula-
do contra vaniloquium tunc xpc ſe nobis
iungeret cor accenderet ſcripturas aperiret
et intellectum daret licet aliquando ſe ire finge-
ret ut nos probaret Item peregrinus ab
omnibus ad eum non pertinentibus ſe ex-
onerat et alienat viam querit ſummo deſi-
derio patriam ſuam appetit et cor atque o-
culos ab omnibus ne retrahatur uel impe-
diatur auertit Eſto talis peregrinus et appa-
rebit tibi xpc et hec tria faciet tibi ſicut et
fecit illis duobus peregrinis Tempus abbre-
uiat per dulce in te colloquium viam inſtru-
it dans uerum intellectum ultimo pane
benedicto per ſeipm̄ fracto reficit affectum
et hoc ſi compellis ipm̄ ſe longius ire fin-
gentem manere tecum Per iſtos diſci-
pulos euntes in emaus ſignantur volentes
implere conſilia domini. quia emaus in-
terpretatur deſiderium conſilii quibus domin9
ſepe ſua viſitatione dignatur apparere
Non aut dedit dominus iſtis diſcipulis
ſuis tunc materiam ſui corporis ſed ſtatim

porrecto pane euanuit ab oculis eorum
ut ex hoc ipſorum auferret affectum ſimul
oſtendens ſe corpus glorioſum habere
quod per dotem agilitatis ſubito potuit diſpa-
rere Subtrahebatur carnalibus ſpecies
infirmitatis ut mentibus eorum inciperet
apparere gloria reſurrectionis Unde iam certi eum
reſurrexiſſe dixerunt adinuicem non-
ne cor nrm̄ ardens erat in nobis ſcilicet ar-
dore caritatis dum loqueretur in via et
aperiret nobis ſcripturas nos inſtruendo
ex eis Quare eum non tenuim9 quare
ad pedes eius non corruimus Quare no-
bis pris et cordibus noſtris que credidim9
ubi eum quereremus ubi inueniremus Per
quod ut dicit Greg. innuunt quod prolatos
ſermones a ſaluatore attendebant au-
dientium cor ad amorem diuinum Unde Greg.
Ex audito quippe ſermone inardeſcit animus
corporis frigus recedit fit mens in ſuper-
no deſiderio anxia et concupiſcentiis ter-
renis aliena audire ei libet precepta cele-
ſtia et quot mandatis inſtruitur quaſi tot
facibus inflammatur hec Greg. Porro
ſed cito euanuit quia etiam alios conſolari
feſtinabat cum quibus tamen ſimul et
iſtos conſolatus eſt ut ſtatim infra patebit
Domine ihesu xpe qui diſcipulis
euntibus in emaus apparuiſti
et corda eorum tuo amore in-
flammaſti illumina queſo cor meum ut
leta voluntate impleam tui conſilii de-
ſiderium videlicet ut purificem me ab omnibus
operibus malis et faciam opera mīe ac
pietatis ut in futura reſurrectione delicata tua
inuitatione gaudenter cum electis tuis
audiam te michi dicente Uenite benedicti patris
mei percipite regnum quod uobis paratum
eſt ab origine mundi quam vocem dul-
ciſſimam fac me audire o piiſſime
fili dei viui Amen.